

BOLETIN  **OFICIAL**

DEL

OBISPADO DE LEÓN

SECCION OFICIAL

CIRCULAR

Debiendo dar cuenta á la Secretaría de Estado de Su Santidad durante el mes de Septiembre del presente año y consecutivos, de los eclesiásticos residentes en esta diócesis que hubiesen sido condecorados por la Santa Sede con alguna dignidad y también de los seglares que pertenezcan á la Familia pontificia, los señores Cura Párroco ó Encargados de parroquia se servirán remitirnos antes del día 25 de los corrientes, nota ó relación de los eclesiásticos y seglares residentes en sus respectivas parroquias que hubiesen sido agraciados por Su Santidad, expresando sus nombres y apellidos, título de que gocen, fecha de su concesión, y si alguno hubiese dejado de existir durante el corriente año, el dia de su fallecimiento.

Los títulos que deben ser notados, son, respecto de los eclesiásticos, los siguientes: Pronotario Apostólico; Prelado Doméstico; Camarero Secreto; Supra-

númerario; Honorario ó fuera de la Ciudad; Capellán Secreto ó fuera de la Ciudad. Y el de Camarero Secreto, ó de Honor ó de capa y espada respecto de los seglares.

León 13 de Septiembre de 1913.

† EL OBISPO.

Nuestro Ilmo. Prelado ha recibido muchas felicitaciones de sus diocesanos con motivo de su fiesta onomástica y en la imposibilidad de dar las gracias particularmente á todos, como fuera su deseo, lo hace por medio de este BOLETIN.

Anuncio de pensiones y plazas de familiar en el Seminario

En el Seminario Conciliar de San Froilán hállanse vacantes, 1.^º dos pensiones de las fundadas por el Excmo. Sr. Gómez Salazar en el Colegio de San Isidoro para alumnos pobres naturales de la Diócesis, de libre elección del Prelado; 2.^º la plaza de organista; y 3.^º tres plazas de familiar. Estas tres plazas y la de organista se adjudicarán mediante oposición, debiendo los aspirantes presentar la solicitud y demás documentos necesarios, antes del 27 de Septiembre, en la Secretaría de Estudios. Los ejercicios de oposición se verificarán el día 27 de este mes á las nueve de la mañana.

León 10 de Septiembre de 1913.—El Rector,
José María Jiménez.

PRECONIZACIÓN

El último número de la «Acta Apostolica Sedis», publica la preconización por decreto de la Sagrada Congregación Consistorial, con fecha de 18 del próximo pasado Julio del Ilmo. Sr. D. Ramón Guillamet y Coma, para la Diócesis de Córdoba, y del ilustrísimo señor don José Alvarez Miranda, Penitenciario de Oviedo, para esta de León.

A uno y otro damos la más cordial y entusiasta enhorabuena, teniendo la seguridad de que el sentimiento producido en todos los leoneses por la próxima ausencia del Ilmo. Sr. Guillamet, que en el corto tiempo que gobierna esta Diócesis con su sabiduría, prudencia, apostólico celo y afable trato se ha granjeado el respetuoso cariño de sus súbditos, desaparecerá pronto con la venida del que le sucede, sacerdote ejemplarísimo por su ciencia y virtud acrisolada, como pueden vislumbrar los lectores por los datos biográficos siguientes:

Nació el obispo preconizado de León en el pequeño pueblo de Miñera, valle del río Luna, provincia de León y diócesis de Oviedo, el año 1851, de padres piadosos, que le educaron cristianamente.

Cursó en este Seminario de San Froilán, una vez incorporados los estudios de Latín y Humanidades, tres años de Filosofía y cuatro de Teología (1865 á 1873) con nota de *Meritissimus* en todas las asignaturas.

Estudió en Oviedo los tres años de Teología restantes y en Salamanca los dos de Derecho Canónico, conforme al plan entonces vigente, en los cursos siguientes (1873 á 1878) con iguales notas que en este Seminario de León.

Recibió los grados de Bachiller, Licenciado y Doctor en Sagrada Teología en 1877, y los de Bachiller y Licenciado en Derecho Canónico en 1878, en el referido Seminario de Salamanca, con la nota *nemine discrepante*.

En 18 de diciembre de 1875 fué ordenado de presbítero á título de patrimonio.

Presentóse opositor en los concursos generales á curatos de Oviedo, de 1877 y 1881, habiendo obtenido en ambos la censura *Suprema*, siendo agraciado con la parroquia de *Término de Cancienes*, en el 1.^º, y con la de igual categoría de *Mieres*, en el segundo. Desempeñó además el cargo de ecónomo en *Riosa* y en *Villamayor (Piloña)* durante algún tiempo.

Tomó parte en las oposiciones á las Doctoralías de Salamanca en 1879, de Oviedo en 1882, una vez, y otra en 1884, y de Sevilla en 1886, con ejercicios brillantísimos en todas, y habiendo obtenido varios votos en las tres últimas. El Excmo. Sr. Arzobispo de Sevilla le nombró Examinador Sinodal.

En 1881 fué nombrado profesor de Teología Dogmática e Historia Eclesiástica del Seminario de Zamora, por el Sr. Obispo de aquella diócesis, cargo que no aceptó.

En mayo de 1890, hizo oposición á la Penitenciaría de Oviedo, la que obtuvo, mediante señalado triunfo en sus ejercicios, que llamaron poderosamente la atención, y de la cual se posesionó el 24 del citado mes.

Ha sido profesor de Derecho Canónico, primero, y de

Teología Moral, más tarde, en el Seminario de la mencionada capital, por espacio de unos 14 años.

Tiene licencias absolutas en casi todos los obispados de España, y facultad especial de S. S. para leer y retener libros prohibidos.

Su modestia y extraordinaria humildad no le permitieron aceptar el nombramiento de Obispo de Almería, para donde fué propuesto en abril de 1907.

Fué Consiliario del Círculo de Obreros, vocal de la Junta Provincial de Beneficencia, y Comisionado por el Excmo. Cabildo para la confección de los vigentes Estatutos Capitulares; y en la actualidad es miembro de la «Consulta» del mismo cuerpo capitular.

También desempeñó el cargo de Secretario del Cabildo.

Es Juez y Examinador Sinodal del Obispado, Censor de Oficio y de la Junta Diocesana de Vigilancia, Director Diocesano de la Archicofradía de la Guardia de Honor, y Director local del Apostolado de la Oración.

Es Vocal-Consejero del Banco Agrícola de Oviedo y del Monte de Piedad y Caja de Ahorros, desempeñando otros distintos cargos que se le confiaron.

Es confesor ordinario de varias comunidades religiosas y extraordinario de todas las de la ciudad.

A su confesonario en la Catedral acuden innumerables seglares, que le ocupan la mayor parte del dia en oir sus confesiones y dirigir sus conciencias, siendo también muchos los enfermos á quienes asiste, empleando las pocas horas que le quedan libres en el estudio, especialmente de las ciencias eclesiásticas, con lo que ha adquirido justa fama de profundo teólogo y eminente canonista, siendo muy consultado en los casos más difíciles y reconocidas sus soluciones como acertadísimas.

SECCION DOCTRINAL
Y DE VARIEDADES

DOCUMENTOS PONTIFICIOS

I

LITTERAE APOSTOLICAE

conceduntur in honorem Sanctissimae Eucharistiae quaedam indulgentiae plenariae ad decennium in ecclesiis Ordinis Minorum in Hispaniae lucrandae

PIUS PP. X

* Ad perpetuam rei memoriam.—Beati Petri principis Apostolorum Cathedram divinitus obtinentibus, Nobis nihil magis cordi est quam ea provehere, quae ad amplificandum christiani populi obsequium studiumque erga divini Amoris Mysterium, opportuna magis atque idonea videantur. Iamvero cum hodiernus Vicarius generaliis familiae Hispaniae Ordinis Fratrum Minorum Nos enixis precibus flagitet, ut nonnullas de thesauro Ecclesiae indulgentias largiri dignemur, quo magis magisque augeatur in Hispania devotio erga sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, cultusque populi promoveatur in beatum Paschalem Baylon, quem rec. me. Leo PP. XIII decessor Noster peculiarem coetum Eucharisticorum Patronum eonstituit. Nos votis his annuendum propensa quidem voluntate existimamus. Quae cum ita sint, auditis, VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui admissorum sacramentali exomologesi rite expiati, atque Angelorum epulis recreati, singulis annis, quavis in ecclesia sive publico sacello Ordinis Minorum in Hispania existente, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae venerationi propositum adoraverint ibique diebus festis divi Paschalis Baylon et die decimo septimo cuiuslibet

mensis a medietate diei praecedentis ad occasum solis dierum ipsorum, pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex his die id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus christificati delium quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, concedimus et largimur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad decennium dumtaxat valituris.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VIII ianuarii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro. R. CARD. MERRY DEL VAL, a Secretis Status.

L. ☧ S.

F. TEDESCHINI, a Brevibus Apostolicis.

II

LITTERAE APOSTOLICAE

**facultas erigendi societas titulo divini infantis
pragensis ubique terrarum in perpetuum**

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam.—Significat Nobis dilectus filius, hodiernus Praepositus generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, tribus fere a saeculis, scilicet ab anno MDCXXVIII in coenobio S. Mariae a Victoria, ipsius Ordinis, Pragae, fidelium venerationi propositam esse parvam divini Infantis statuam. Addit idem Praepositus fidelium pietatem erga puerum Jesum, vel a primis temporibus mirandum in modum ortam, indesinenter, ad praesens usque aevum, non modo perseverasse, sed in dies percrebuisse, et modo sub titulo divini Infantis Pragensis pluribus in Ecclesiis, potissimum Carmelitarum Ordinis cenobiis continentibus, et dicata altaria et canonice erecta Sodalitia reperiri; passimque per universum terrarum orbem divini ipsius Infantis Pragensis imagines ac numismata, impressaque per typos de eodem scripta diffundi,

Cum vero haec devotio iure meritoque Carmelitarum Ordinis propria dici queat, in asceterio enim Pragensi opera religiosi viri Carmelite b. m. Cyrilli a Matre Dei originem duxit, ipsiusque devotionis actuosi sunt propagatores illius Ordinis alumni, quos unice fideles adeunt, ut vel inscriptionem in piam Unionem eflagitent, vel pietatis adminicula exquirant, vel ad altaria divini Infantis preces exhibendas curent, idcirco generalis idem Praepositus suppliciter a Nobis petit, ut per amplam ipsi veniam faciamus, ex qua tum in ecclesiis Ordinis, tum in aliis ubique terrarum sitis, piam sodalitatem a divino Infante Pragensi appellatam rite erigere valeat. Nos autem votis his annuentes, inspecto potissimum suffragio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationi praepositorum Concilii Tridentini decretis interpretandis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, nunc et in posterum existenti Praeposito generali religiosi Ordinis Carmelitarum Excalceatorum facultatem tribuimus. cuius vigore Sodalitatem sub titulo divini Infantis Pragensis, in qualibet tum eiusdem Ordinis, tum alia publica ecclesia de respectivi Ordinarii consensu, ubique terrarum erigere possit ac valeat; servata tamen forma praescripta in Constitutione Clementis PP. VIII rec. me. Nostri predecessoris, quae incipit. «Quaecumque», alisque desuper editis apostolicis ordinationibus et gratis omnino. Haec concedimus et mandamus decernentes praesentes Nostras Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri, atque retinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum iugiter esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die XXX martii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL., a Secretis Statutus.



DECRETOS DE LAS SS. CONGREGACIONES

Del Santo Oficio.

DECRETUM SEU DECLARATIO DE INDULGENTIIS SACERDOTALI FOEDERI «PRO PONTIFICE ET ECCLESIA» CONCESSIS

Die 12 iunii 1913

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audiencia R. P. D. Adsecessori S. Officii impertita, benigne declaravit, Indulgentias et facultates ad Indulgentias spectantes, quibus ditatum est Sacerdotum ex quavis natione foedus pro Pontifice et Ecclesia, quibusque innuitur in apostolicis Litteris d. d. 27 mensis aprilis 1913, esse sequentes:

1. Facultas Benedictionem Papalem impertiendi semel in anno, in fine concionum temporis Quadragesimae, vel Missorum vel spiritualium exercitiorum; cum Crucifixo et unico crucis signo, dummodo eodem die eodemque loco Episcopus similem non impertiat, cum adnexa plenaria indulgentia, animabus defunctorum etiam applicabili, ab iis acquirenda, qui eiusmodi Benedictionem confessi ac S. Communione refecti acceperint, et ad mentem Summi Pontificis pie oraverint.

2. Privilegium altaris in suffragium animae illius defuncti pro quo applicatur Missa, ter in hebdomada, dummodo sacerdos consociatus simile privilegium aliude non obtainuerit.

3. Indulgentia plenaria, etiam animabus in Purgatorio degentibus profutura, a sacerdotibus consociatis toties lucranda, quoties rite confessi Missam ad intentiones Summi Pontificis adplicaverint.

4. Facultas applicandi coronis a S. Rosario Indulgentias Crucigerorum, de explicito tamen consensu Ordinarii loci in quo haec facultas exerceatur, sub poena nullitatis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. Card. Rampolla.

L.  S.

† D. Archiep. Seleucien,

Ads. S. O.

EXTENSIO INDULTORUM CIRCA ABSOLUTIONES GENERALES
TERTII ORDINIS FRATRUM MINORUM. FRANCISCI

Beatissime Pater,

Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutos, humiliter exponit, ut sequitur:

Rescripto Sacrae Congregationis Indulgentiarum, die 16 ianuarii 1886, Tertiarii saecularis S. P. Francisci, legitime impediti quominus ecclesiam adeant, Absolutionem generalem, diebus assignatis, qui profesti sunt, accepturi, eam accipere valent die festo de pracepto, qui intra octiduum eorum profestorum dierum occurrat. Item, alio Rescripto eiusdem sacrae Congregationis, 21 iulii 1888, iidem Tertiarii Absolutionem generalem pridie festi, post expletam sacramentalem confessionem recipere valent.

Ex illis autem duobus Rescriptis patet, praefata indulta Tertiariis saecularibus S. P. Francisci concessa fuisse pro illis Absolutionibus generalibus quae illo tempore in indice indulgentiarum eiusdem Tertii Ordinis recensentur, seu quae ipsis directe concessae fuerunt.

Sed cum hodie iidem Tertiarii, vi Litterarum apostolicarum diei 5 maii 1909 et Rescripti diei 17 maii 1909, communicatione omnium indulgentiarum et fructuum spiritualium cum I et II Ordine S. Francisci fruantur, ideoque vi huius communicationis etiam ius habeant ad illas Absolutiones generales et Benedictiones papales, quae I et II Ordini S. Francisci indultae sunt; idcirco.

Orator Sanctitatem Vestram humiliter supplicat, utpraefata Indulta, Rescriptis sacrae Congregationis Indulgentiarum die 16 ianuarii 1886 et die 21 iulii 1888 concessa, extendere dignetur pro eisdem Tertiariis ad Absolutiones generales, quas ipsi vi communicationis indulgentiarum cum I et II Ordine lucrari valent.

Et Deus, etc.

Die 12 iunii 1913

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, inaudientia
R. P. D. Adseessori sancti Officii impertita, benigne annuit
pro gratia iuxta preces. Contrariis non obstantibus quibus-
cumque.

M. Card. Rampolla.

L. ✠ S.

† D. Archiep. Seleucien.

Ads. S. O.

De Propaganda Fide

DECRETUM

ERIGITUR MISSIO «DE PUTUMAYO» PRO INDIS AMERICAE
MERIDIONALES

Apostolico celo et paterna charitate curam suscipiens
providendi lacrimabili conditioni Indorum latissimas regiones
Americae Meridionalis incolentium, Ssmus Dnus noster Pius
div. providentia PP. X, in suis encyclicis Literis sub die 7
iunii 1912, inter alia, propositum manifestavit novas disponen-
di missionales stationes, in quibus Indi ipsi perfugium et
praesidium salutis invenirent Nunc vero providum saluberri-
munque consilium exsequi incipiens, erigendam statuit atque
decrevit novam Missionem *de Putumayo* nuncupandam, cuius
praecipua statio sit in loco *La Chorrera* dicto quaeque regi-
mini, administratione et ecclesiastico ministerio missionario-
rum ex Ordine Fratrum Minorum Unionis Leoniana commit-
tatur ad nutum Sanctae Sedis.

De mandato igitur Sanctitatis Suae haec S. Congrega-
tio christiano nomini propagando praeposita; Missionem,
ut supra, *de Putumayo* denominandam per praesens Decre-
tum erigit, eique tribuit et adsignat territorium quod per hoc
idem Decretum dismembratur a latissima regione hactenus
spectante ad praefecturam apostolicam S. Leoniss de Ama-
zonibus, spatium videlicet quod extenditur ab ora sinistra

fluminum Aguarico, Napo et amazonum usque ad punctum in quo flumen Amazonum attinget territorium brasiliense; septentrionem versus regionem Chorrera cum adjacentibus territoriis reservata, ae ex parte, limitum descriptione ulterius pro rerum adjunctis determinanda.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 4 octobris 1912.

Fr. H. M. Card. Gotti, *Praefectus.*

L. ☧ S.

C. LAURENTI, *secretarius.*

S. C. de Religiosos

De quién son propiedad los manuscritos de los religiosos

Sacra Congregatio de Religiosis, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 2 iunii 1911 nonnulla dubia de Religiosorum manuscriptis perpendit et resolvit, de quibus videre est in hoc Commentario (pag. 270 eiusdem anni).

Nunc autem rursum ab Ea quaesitum est:

«An Religiōsi tum votorum solemnium, tum votorum sim-plicium, qui aliquod manuscritum, durantibus votis exaraverunt eiusdem dominium habeant, ita ut illud donare aut quocumque titulo alienare valeant.»

Et Emi. PP. Cardinales huius sacrae Congregationis, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 11 iulii 1913, responderunt: «Negative».

Quam Emorum Patrum respcionem Ssmus. Dnos. nos-
ter Pius Papa X, referente infrascripto S. Congregationis Se-
cretario, ratam habuit et confirmavit die 13 iulii 1913.

O. CARD. CAGIANO DE ACEVEDO, *Pro-Praefectus.*

L. ☧ S.

† Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. C de Disciplina Sacramentorum

Dubiorum super misae celebratione in oratoriis privatis

Postquam sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, Motu Proprio «*Supremi disciplinae*» de diebus Festi, die 2 iulii 1911 dato, festos dies ex Ecclesiae praecepto servando immi- nuit, et sacra Rituum Congregatio Decreto Urbis et Orbis «*Eulgato Motu Propio*» die 24 eiusdem mensis iulii edidit, sequentia dubia huic sacrae Congregationi de Sacramentis proposita sunt:

I An Missa in Oratoriis privatis prohibita sit diebus festis Commemorationis solemnis S. Joseph, Annuntiationis B. M. V. Commemorationis solemnis sanctissimi Corporis D. N. J. C. et in festo Patroni cuiusque loci, quum non sint de praecepto.

II An prohibita censeatur in festo Ssmae Trinitatis, in Dominica infra Octavam Corporis Christi et in Dominica qua celebratur Nativitas S. Joannis Baptiste.

Quibus dubiis eminentissimi ac reverendissimi huius sacrae Cardinalis, in plenario coetu die 4 mensis aprilis 1913 habito, responderunt:

Negative ad utrumque.

Hanc vero responsionem Sanctitas Sua inaudientia ab infrascripto Secretario, die 5 eiusdem mensis aprilis habita, ratam habere et confirmare dignata est.

Datum Romae, e Secretaria sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 11 aprilis 1913.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

Ph. Giustini, *Secretarius.*

Comisión Pontificia «De Re Bíblica»

I

De auctore, de tempore compositionis et de historica
veritate libri actuum apostolorum

*Propositis sequentibus dubiis Pontifica Commissio de Re
Bíblica ita respondendum decrevit:*

I. Utrum perspecta potissimum Eclesiae universae tradi-
tione usque ad primaevos eclesiasticos scriptores assurgente,
attentisque internis rationibus libri Actuum sive in se sive in
sua ad tertium Evangelium relatione considerati et praesertim
mutua utriusque prologi affinitate et connexione (*Luc.*, I, 14;
Aet., I, 1-22, uti cortum tenendum sit volumen, quod titulo
Actus Apostolorum Lucam evangelistam habere auctorem?

R. Affirmative.

II. Utrum criticis rationibus, desumptis tum ex lingua et
stylo, tum ex enarrandi modo, tum ex unitate scopi et doc-
trinae, demonstrari possit librum Actuum Apostolorum uni-
dumtaxat auctori tribui debere; ac proinde eam recentiorum
scriptorum sententiam, quae tenet Lucam non esse libri auc-
torem unicum, sed diversos esse agnoscendos eiusdem libri
auctores, quovis fundamento esse destitutam?

R. Affirmative ad utamque partem.

III. Utrum, in specie, pericopae in Actis conspicuae in
quibus, abrupto usu tertiae personae, inducitur prima pluralis
(*Wirstüche*), unitatem compositionis et authenticitatem infir-
ment; vel potius historice et philologice consideratae eam
confirmare dicendae sint?

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secun-
dam.

IV. Utrum, ex eo quod liber ipse, vix mentione facta
bienii primae romanae Pauli captivitatis, abrupte clauditur,
inferri liceat auctorem volumen alterum deperditum conscrip-
sisse, aut conscribere intendisse, ac proinde tempus composi-
tionis libri Actuum longe possit post eamdem captivitatem
differri; vel potius iure et merito retinendum sit Lucam sub

finem primae captivitatis romanae apostoli Pauli librum absolvisse?

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

V. Utrum, si simul considerentur tum frequens ac facile commercium quod procul dubio habuit Lucas cum primis et praecipuis ecclesiae Palaestiniensis fundatoribus nec non cum Paulo gentium Apostolo, cuius et in evangelica praedicatione adiutor et in itineribus comes fuit; tum solita eius industria et diligentia in exquirendis testibus rebusque suis oculis observandis; tum denique plerumque evidens et mirabiles consensus libri Actuum cum ipsis Pauli epistolis et cum sinceroribus historiae monumentis; certo teneri debeat Lucam tontes omni fide dignos p[re] manibus habuisse eosque accurate, probe et fideliter adhibuisse; adeo ut plenam auctoritatem historicam sibi iure vindicet?

R. Affirmative.

VI. Utrum difficultates quae passim obiici solent tum ex factis supernaturalibus a Luca narratis; tum ex relatione quorumdam sermonum, qui, cum sint compendiose traditi, censentur conficti et circumstantiis adaptati; tum ex nonnullis locis ab historia sive profana sive biblica apparenter saltem dissentientibus; tum demum ex narrationibus quibusdam, quae sive cum ipso Actuum auctore sive cum aliis auctoribus sacris pugnare videntur; tales sint ut auctoritatem Actuum historicam in dubium revocare vel saltem aliquo modo minuere possint?

R. Negative.

II

De auctore, de integritate et de compositionis tempore
epistolarum pastoralium Pauli apostoli

*Propositis pariter sequentibus dubiis Pontifícia Commissio
de Re Biblica ita respondendum decrevit:*

I. Utrum p[re] oculis habita Ecclesiae traditione inde a primordiis universaliter firmiterque perseverante, prout mul-

timidis ecclesiastica monumenta vetusta testantur, teneri certo debeat epistolas quae pastorales dicuntur, nempe at Timotheum utramque et aliam ad Titum non obstante quorundam haereticorum ausu, qui eas utpote suo dogmati contrarias, de numero paulinarum epistolarum, nulla reddita causa, eraserunt, ab ipso apostolo Paulo fuisse conscriptas et inter genuinas et canonicas perpetuo recensitas?

R. Affirmative.

II. Utrum hypothesis sic dicta fragmentaria, a quibusdam recentioribus criticis inventa et varie proposita qui, nulla ceteroquin probabili rationi, immo inter se pugnantes, contendunt epistolas pastorales posteriori tempore ex fragmentis epistolarum sive ex epistolis paulinis deperditis ab ignotis auctoribus fuisse contextas et notabiliter auctas, perspicuo et firmissimo traditionis testimonio aliquod vel leve praejudicium inferre possit?

R. Negative.

III. Utrum difficultates quae multifariam obiici solent sive ex stylo et lingua auctoris, sive ex erroribus praesertim Gnosticorum, qui uti iam tunc serpentes describuntur, sive ex statu ecclesiasticae hierarchiae, quae iam evoluta supponitur, aliaeque huiuscmodi in contrarium rationes, sententiam quae genuinitatem epistolarum pastoralium ratam certamque habet, quomodolibet infirmit?

R. Negative.

IV. Utrum, cum non minus ex historicis rationibus quam ex ecclesiastica traditione, Ss. Patrum orientalium et occidentalium testimoniis consona, necnon ex indiciis ipsis quae tum ex abrupta conclusione libri Actuum tum ex paulinis epistolis Romae conscriptis, et praesertim ex secunda ad Timotheum facile eruuntur, uti certa haberi debeat sententia de dupli romana captivitate apostoli Pauli; tuto affirmari possit epistolas pastorales conscriptas esse in illo temporis spatio quod intercedit inter liberationem a prima captivitate et mortem Apostoli?

R. Affirmative.

Die autem 12 Junii anni 1913, in audientia infrascripto
Rmo. Consultori ab Actis benigne concesa Ssmus. Dominus
noster Pius Papa X predicta responsa rata habuit ac publici
iuris fieri mandavit.

Romae, die 12 Iunii 1913.

LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.
Consultor ab Actis.

L.  S.

S. Congregacion Rituum

DECRETUM

DE MUTATIONIBUS IN BREVIARIO ROMANO FACIENDIS AD
NORMAM CONSTITUTIONIS APOSTOLICAE «DIVINO AF-
FLATU».

Per Decretum S. R. C. *Urbis et Orbis* die 23 ianuarii 1912 iniunctum fuit, ut Breviariis et Missalibus Romanis iam editis et apud typographos adhuc exsistentibus adiiceretur fasciculus, iuxta prototypum vaticanicum adprobatus, cui titulos «Mutations in Breviario et Missali Romano facienda, etc », ne utriusque textus liturgici exemplaria iam impressa inutilia evaderent. Quum vero sacra eadem Congregatio ceteras omnes mutationes, ad normam Constitutionis Apostolicae *Divino Afflatu* et Decretorum, tum Breviarium tum Missale Romanum concernentes una cum predictis iam evulgatis, non solum ad modum appendicis, sed suis locis respective adiungendas et inserendas censuerit; interim, praehabito specialis Commissionis liturgicae suffragio, has mutationes, Breviarium tantum respicientes, distinete et ordinate dispositas atque colletas, sanctissimi Domini nostri Pii Papae X supremae sanctioni demisse subiecit. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, easdem mutationes, prouti in novo exstant prototypo, ratas habere et adprobare dignata est, simulque mandavit, ut ipsae, in futuris Breviarii Romani editionibus suis respectivis locis apta-

tae, rite inserantur. Attamen eadem Sanctitas Sua benignè indulxit, ut Breviarii Romani editiones hucusque impressae adhuc acquiri et adhiberi licite valeant; dummodo utentes obseruent normas pro Horis canonicas persolvendis in Constitutione *Divino Afflatu* aliisque Apostolicae Sedis dispositiōnibus praescriptas. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 11 iunii 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✧ S.

Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius.*

Resolución de varias dudas sobre la Misa de rogaciones, procesiones dominicales en la Catedral, etc.

A S T U R I C E N

Iulianus de Diego et Alcolea, hodiernus Episcopus Asturicensis in Hispania, Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequentia dubia humiliter exposuit; nimurum:

I. An Missa de Rogationibus debeat celebrari ab eo qui paratus pluviali processionis functionem peragat?

II. An possit abrumpi Litaniarum cantus cum processio ingrediatur Ecclesiam, ad quam secundum consuetudinem civitatis dirigitur, ut interea celebretur ibi Missa solemnis Rogationum, vel necesario debeat haec Missa celebrari absolutis Litaniis cum suis precibus et Orationibus?

III. An celebrari valeat processio dominicalis intra Ecclesiam Cathedram, manente SSmo. Sacramento solemniter exposito et discooperto in Throno? et quatenus negative.

IV. An possit celebrari processio modo SSimum. Sacramentum, dum illa fit, velo cooperiatur?

V. Quando Episcopus, cappa magna indutus, assistit Missae solemnii in Ecclesia Cathedrali, non in sede ordinaria seu in throno, sed in primo stallo chori, debent ne servari

omnia quae praescribuntur in Caeremoniali cum sedaet in throno, etiam si chorus ut accidit in Hispania, sit in medio Ecclesiae?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, auditg Commisionis Liturgicae voto ita respondendum censuit:

Ad I. Non teneri nisi in casu quo Consuetudo vel lex particularis aliter exigant.

Ad II. Curandum ut Missa post expletam Procesionem eelebretur; si tamen exposita consuetudo dificulter immutari valeat, tunc ante Missam Litaniae potius usque ad alterum versum «Propitius esto» inclusive producantur.

Ad III et IV. Negative.

Ad V. Negative, si primum stallum chori non sit ad instar throni, praeter causum benedictionis impertienda sacerdoti concionanti intra Missarum solemnia iuxta decretum N. 3831 S. Iacobi de Chile 13 Iulii 1894.

Atque ita rescripsit die 29 Novembris 1912

FR. S. CARD. MARTINELLI, Praef.

PETRUS LA FONTAINE, Ep. Chys.' Sec.

Resolución de varias dudas sobre la hora de rezar Maitines.

PLACENTINA IN HISPANIA

Episcopus Placentinus in Hispania Sacrorum Rituum Congregationi reverentur sequentia dubia solvenda subiecit.

I. Utrum, in privata recitationi, Matutinum pro inse-
quenti die incipi possit hora secunda pomeridiana, aut stan-
dum sit tabellae Directorii diocesani, omni tempore?

II. Utrum etiam in publica seu chorali recitatione Offi-
cium incipi possit hora secunda pomeridiana?

III. Utrum hora recitandi Matutinum annumerari queat
indiscriminatim ex meridiano circulo locali, aut ex meridiano

circulo officiali dicto «Greenwik», qui quidem anticipat horam circuli localis, per tertiam horae partem, plus minusve?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque mature per pensa, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative at primam partem negative ad secundam.

Ad II. Negative.

Ad III. Ad libitum.

Atque ita rescripsit, die 12 Maii 1905.

S. Congregación del Concilio

Aprobación de la Cofradía de los legionarios de la Buena Prensa.

Ex Audientia, 25 Febrero.—El R. P. Dueso, C. M. F., dirigió á Su Santidad las siguientes preces:

Beatissime Pater:

Director Piae Associationis seu confraternitatis in Ditione Hispanica erectae sub titulo (sociorum) «Legionariorum Boni Praeli», ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit:

Praefata Associatio erecta est duobus abhinc annis ad fovendum in Hispania Catholicum Praelum et orationibus et eleemosynis. Magno plausu á fidelibus est recepta et adscripti numerantur jam 60 millia in universa Hispania; Episcopi hispani Associationem ipsam summis laudibus extulerunt, quos inter Episcopus Matriti, ubi residet consilium directivum universae Associationis, illam cum suis statutis approbavit, ac similiter approbavit et commendavit Cardinalis Toletanus, Primas Hispaniae á Summo Pontifice constitutus supremus moderator actionis socialis in Hispania.

Quo vero magis firma et stabilis hujusmodi Associatio reddatur ac magis excitentur animi fidelium ad nomem et auxilium praestandum huic tam utili Associationi, praefatus

Director Sanctitatem vestram enixe rogit ut dictam Associationem approbare apostolica auctoritate dignetur.

La S. C. del Concilio ha contestado:

«Ex Audientia SSmi. diei 25 Februarii 1913 S. Congregatio Concilii, attentis expositis, attentisque praesertim litteris Emi, Cardenalis Primatis Hispaniarum et Episcopi Matritensis, finem seu scopum enuntiatae Associationis amplissime laudandum et commendandum esse censuit, prout praesentis rescripti tenore benigne sic annuente SS. D. N. Pio PP. X laudat atque commendat.

C. CARD. GENNARI, Praef.—O. GIORGI, Secret.—5 Marzo 1913.»

S. Congregatio Consistorialis

Resolución de una duda propuesta por el Sr. Obispo de Orense sobre el servicio militar y los órdenes sagrados

Romae die 23 Maii 1913.

Eme. ac Revme. Domine mi Ossme.

Episcopus Auriensis dubium exposuit de agendi ratione Episcoporum Hispaniae quoad promotionem ad S. Ordines clericorum qui post novam legem servitio militari obnoxii sunt.

Facto verbo cum SSmo. D. N. Papa in audientia diei 16 curr, Emae Tuae mentem Summi Pontificis patefacio: «melius esse expectare expletionem servitii militaris et postea Sacram Ordinationem conferre».

Manus Tuas humillime deosculans, impenso animi obsequio me profiteor.

Eminentiae Tuae
humillims. devotims. servus
† C. CARD. DE LAI EP. SABINEN.

Secret.

Emo. ac Rvmo. Domino D. Gregorio Mariae Aguirre y García, Cardin. Archiepisc. Toletano,

S. C. de Sacramentum

Dubiorum super misae celebrationem in oratoriis privatis

Postquam sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, Motu Proprio «Supremi disciplinae» de diebus festis, die 2 iulii 1911 dato, festos dies ex Ecclesiae praecepto servando immisit, et sacra Rituum Congregatio Decretum Urbis et Orbis «Evulgato Motu Proprio» die 24 eiusdem mensis iulii edidit, sequentia dubia huic sacrae Congregationi de Sacramentis proposita sunt:

I. An Missa in Oratoriis privatis prohibita sit diebus festis Commemorationis solemnis S. Ioseph, Annuntiationis B. M. V., Commemorationis solemnis sanctissimi Corporis D. N. J. C. et in festo Patroni cuiusque loci, quum non sint de praecepto;

II. An prohibita censeatur in festo Ssmae Trinitatis, in Dominica infra Octavam Corporis Christi et in Dominica qua celebratur Nativitas S. Joannis Baptiste.

Quibus dubiis eminentissimi ac reverendissimi huius sacrae Congregationis Cardinales, in plenario coetu die 4 mensis aprilis 1913 habito, responderunt:

Negative ad utrumque.

Hanc vero respcionem Sanctitas Sua in audience ab infrascripto Secretario, die 5 eiusdem mensis aprilis habita, ratam habere et confirmare dignata est.

Datum Romae, e Secretaria sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 11 aprilis 1913.

D. CARD. FERRATA, Praefectus.

Ph. Giustini, Secretarius.



Las Misiones en Capilla automóvil en Inglaterra (1)

Es éste un rasgo característico del esfuerzo apostólico, que, bajo el nombre de *Catholic Missionary Society*, se propone recatolizar Inglaterra. Tal es el objeto de esta Sociedad de Sacerdotes seculares y de seglares agregados, de la que es Superior el Dr. Herberto Vaughan, sobrino del Cardenal. Como el fin que se persigue, los métodos que se emplean están claramente formulados: 1.^º, Misiones á los no católicos, con solución de las dificultades que puedan oponer; 2.^º, *Evidence Lectures* (conferencias de simple exposición de la fe católica) para los no católicos, allí donde no hay Iglesia católica; 3.^º, *Motor Misions* (Misiones con la Capilla automóvil en los territorios protestantes); 4.^º, publicación de la *Missionary Gazette*.

Evidentemente, para hablar á los protestantes es preciso ir á encontrarles. Se irá, pues, á tal ó tal localidad, según las necesidades ó la oportunidad; esto es cuestión de táctica, de conocimiento del terreno. Pero para hablar es preciso un auditorio... de protestantes. Se puede ciertamente contar con la gracia, con las disposiciones subjetivas, con las dudas y las aspiraciones hacia una religión mejor que agujonearán quizá á muchos, sobre todo cuando tengan próxima una parroquia católica. Pero aun en estos casos, y sobre todo en los puntos puramente protestantes que visita la capilla automóvil, es necesario recurrir á los medios objetivos, á ese medio tan conocido hoy, y no siempre bien empleado, el reclamo.

Antes de la llegada de los Misioneros se fijan carteles, se reparten circulares á centenares. Los ojos de los transeuntes, acostumbrados á no encontrar otra cosa que anuncios de algunos productos ó programas de cinematógrafos, se detienen estupefactos ante un cartel como éste. «La *Catholic Motor Mission* llega. Instituto técnico, lunes 15 Julio, á las ocho de

(1) Extractado de la *Revue pratique d'Apologétique* (15 de Marzo de 1913.)

la no-he. Las circulares son más detalladas; he aquí una muestra:

KNOW POPERY (1)

Siete conferencias serán dadas por Mons. Benson, en el Instituto técnico, Buntingford, del lunes 15 al sábado 21 de Julio, á las ocho de la noche.

Lunes: Lo que vino á hacer Cristo.

Martes: ¿Puede quien no sea Dios perdonar los pecados?

Miércoles: ¿Cómo creer lo que no comprendo?

Jueves: ¿Por qué soy católico?

Viernes: La religión cristiana, ¿posee un sacrificio?

Sábado: Los católicos, ¿adoran los santos?

Una *question-box* (buzón de cuestiones) será colocado junto á la puerta. Se invita á los oyentes á poner por escrito y depositar las dificultades que puedan tener á propósito de la religión católica. Las cuestiones recibirán contestación al día siguiente por la noche.

Todos los asientos, gratuitos. Todo el mundo encontrará cordial acogida. Se distribuirán cánticos.»

Esto pica la curiosidad. Frecuentemente el nombre del conferenciante es conocido: la Sociedad procura llamar en su ayuda predicadores de fama. Sobre todo, no hay que olvidar que las señoras, de las que cierto número, y á la cabeza Miss A. Baker, colaboran activamente en la obra, no se han descuidado, distribuyendo personalmente las circulares, de hacer lo posible para despertar el interés y la simpatía.

Por fin, el día de la apertura, tres enormes banderas rojas, con la inscripción en letras blancas *Catholic Motor Mission*, han recorrido la ciudad, llevadas cada una por dos hombres. El auditorio ha respondido al llamamiento desde el principio. Pero, ¿dónde reunirlo?

(1) Un feliz juego de palabras, siendo la pronunciación la misma, ha transformado el antiguo grito de guerra *No Popery* (nada de papismo) en otro que es totalmente opuesto: *Kenow popery* (conoced el papismo).

Cuando hay una iglesia ó capilla católica no pequeña, el lugar de la reunión está indicado. A falta de ella se alquila alguna gran sala, ordinariamente en la Casa de la Ciudad, y se predica, se discute y, si es necesario, se celebra la Misa.

La *question-box* es elemento necesario de la misión. Ella permite tocar un número considerable de puntos dejados á un lado forzosamente en las conferencias, á la vez que responder de la única manera satisfactoria á las exigencias de un auditorio inteligente y curioso, pero lleno de ignorancia y prejuicios. Las cuestiones caen en abundancia en el buzón. Un día que, caminando, dos Misioneros hablaban y se admiraban del número, un chicuelo les dijo: «¡Oh!, mi hermana Alicia ha metido siete.» No todos son abundantes, pero lo cierto es que las cuestiones se multiplican, y las hay de toda especie; unas acusan una ignorancia casi completa de las verdades más elementales; otras atestiguan una credulidad suma de las fábulas más ridículas inventadas contra la Iglesia; algunas, en pequeño número, dejan entrever el lazo y la emboscada; muchas, la gran mayoría, vienen de personas que aspiran con toda su alma á la verdad divina.

.....
Las respuestas, breves, frecuentemente originales, ingeniosas, siempre claras y ajustadas siempre, y sobre todo, llenas de cortesía y de caridad, logran mucho disipar los prejuicios y conciliarse los oyentes. Muchas de estas cuestiones son tan sencillas, que un niño del Catecismo las resolvería sin dificultad; y, al mismo tiempo, el asombro provocado por las respuestas demuestra cuán ignorada es ó cuán tergiversada la doctrina católica. Cuando oyen lo que es la confesión, no pocas personas no pueden menos de exclamar: «Yo no pensaba que fuese esto» ó «Yo no sabia por qué los católicos iban á confesar; ahora ya lo comprendo». Desde el principio al fin de la misión se puede notar como un progreso en las cuestiones: éstos habrán puesto ante todo en cuestión las defeciones de frailes y monjas; pero pronto el tono cambia: ¿cómo encontrar la verdadera Iglesia? ¿Cuáles son las relacio-

nes entre el catolicismo y la antigua fe de Inglaterra? Y, en fin, ¿qué hay que hacer para hacerse católico?

Cuando el campo de la misión es en terreno nuevo, que no posee ni Iglesia ni parroquia católica, entonces entra en escena la capilla automóvil. Esta tiene todas las apariencias de un pesado furgón automóvil, pero no desprovisto de elegancia. Pesa de tres á cuatro toneladas y puede hacer veinte kilómetros por hora. Las puertas del fondo se abren y se encuentra uno en presencia de una pequeña capilla completa y coquetonamente amueblada. El altar, dos pequeñas credencias y cuatro reclinatorios componen todo el mueblaje. La mesa del altar es cajonera. Es una imitación, en otro género, del *tren capilla* ya usado en América. Gracias á esta capilla, los misioneros pueden ir y detenerse en todas partes, sin encontrar la menor dificultad para decir la Misa, y de este modo el Santo Sacrificio ha podido ser ofrecido por primera vez después de la Reforma en las ciudades y pueblos desde mucho tiempo sin sacerdote y sin altar. No es un espectáculo vulgar estas Misas celebradas de madrugada en el patio de un hotel, ante un pequeño grupo de adoradores postrados de rodillas, muchos de los cuales, sin duda, no pueden oír de nuevo sin una emoción profunda las notas argentinas de la campanilla.

La novedad de la empresa no dejó de preocupar un poco á todo el mundo, haciendo mover en señal de desconfianza cabezas venerables y gemir á los profetas de mal agüero. Se temía caminar á un fracaso, no obtener resultado alguno, sobre todo resultados duraderos. Los menos pesimistas decían: «¿Y después?», como si el público no fuera atraído más que por una curiosidad que desaparecería, sin dejar rastro, en cuanto desapareciese el objeto que la había provocado; y aun admitiendo que se pudieran disipar ignorancias y prejuicios, de las conversiones realizadas ¿qué iba á quedar?


Evidentemente, la capilla no bastará para todo: después de la penetración se trata de la ocupación. Esto expresaba de manera humorística el corresposal del *Catholic Times* en

su reseña de la misión de Buntingford, que la hace preceder de este párrafo, que parece tomado de una página de anuncios: «Se desea un sacerdote enérgico y una iglesia; doscientos no católicos dispuestos á ser recibidos en la iglesia; dirigirse al Rdo. Heriberto Vaughan.» Fieles, un sacerdote y una iglesia. Si era perfectamente legítimo ser un poco pesimista antes de la experiencia, no lo es hoy, que los hechos han respondido con un éxito completo. Seis localidades han sido visitadas en 1911. En cinco de ellas Jesus Sacramentado posee actualmente una residencia; en tres tiene consigo su sacerdote, que trabaja alegremente en este nuevo campo. Se aprovecha de todo para comenzar. A veces se levantan escuelas católicas y una de sus salas sirve de capilla. Cuadras y cocheras, un almacén de granos, un antiguo teatro, sufren las transformaciones necesarias y bastan para los humildes comienzos. Hecho esto se da una nueva misión para los no católicos, y el número de convertidos acrece el de feligreses. Las fundaciones, son, pues, la obra propia y durable de la capilla automóvil; ésta pasa y aquéllas quedan.

Aparte de las fundaciones, las misiones logran por todas partes resultados idénticos. Certo número de no católicos se presentan para ser instruidos. Los que no se convierten desde luego ven desaparecer ó disminuir sus prejuicios y se sienten más favorablemente dispuestos para con la Iglesia. Desde el comienzo hasta el fin de una misión se aprecia una evidente y extraordinaria diferencia de actitud; se puede decir que el auditorio ha cambiado. Los católicos mismos se vuelven más instruidos y más entusiastas de su religión, más resueltos á practicarla y, por primera vez, quizá, un soplo de apostolado ha pasado sobre sus almas.

FR. J. D. FOLCHERA, O. P.

(Del *Boletín de Madrid-Alcalá*).



Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero de la Diócesis

Ha manifestado que desea pertenecer á la Asociación
é ingresa en ella:

Núm. 1500.—Fernández Herrero D. Maximiano, con obli-
gación de aplicar *diez misas*

León 13 de Septiembre de 1913.—Lic. Miguel Alva-
rez, Vice-Secretario.

Núm. 15

El dia 6 del corriente falleció D. Pedro Cuñado Re-
cio, Párroco de Santervás de la Vega, y habiéndose hecho
constar que estaba inscrito en la Asociación y que tenía
aplicadas las misas por los socios difuntos, todos los aso-
ciados celebrarán por él la de Reglamento.

Núm. 16

También falleció el dia 9 del presente mes D. Bernabé
Pellitero, Párroco de Ardón y constando que era socio
y que tenía aplicadas las misas, todos los asociados cele-
brarán por él una misa según Reglamento



ANUNCIO

«El Presupuesto del Clero» por D. Antolin López
Peláez, Obispo de Jaén, preconizado Arzobispo de Ta-
rragona. Esta obra se vende al precio de una peseta en
casa del Sr. Habilitado del Clero de la diócesis de León,
quien la remitirá por correo á cuantos la deseen.